



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXXXII. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem St.  
Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow das Dorf Gnewetitz, am 13. März  
1285.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

kedinc, Jace de Gutzekow, Godescalcus de porfvelde, Anno de Esbeke. Nomina ciuitatum sunt hec, que promiserunt: Stetin, penkvn, Gripenhagen et Gardiz. Vt autem omnia prelibata inuolabiliter obseruentur et maneant firmiora, presentes litteras prefati nobiles dominus Buguzlaus, dux Stetinensis, et dominus Wizlaus de ruya in evidens testimonium conscribi fecerunt ac eas sigillorum suorum et ciuitatum predictarum munimine roborari. Acta sunt hec apud rotas, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>. Datum per manum domini helmerici, capellani principis ruyanorum, in die ypoliti martiris sancti.

Nach dem Original des R. Ges. Kabinet-Archives 468, B. Abdruck nach demselben Original in den Balt. Studien II, 128 ff. mit mehreren Fesseln, z. B. gleich zu Anfang Inter illustres principes duces Ottonem et Conradum marchiones Br. und gegen das Ende der Urkunde statt fratres de Gripenberch: fratres de Wedele, statt Ecstede: Gostede, mostecke: molteke, Grufehauere: Brufehauere.

CCXXXI. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad verleihen dem Kloster Althaldensleben auf Bitten der Söhne Gebhards von Grunenberg, einige Besitzungen in Glüsingen, am 19. Dezember 1284.

— Otto et Conradus, dei gratia Marchiones de Brandenburg — notum facimus, quod ad instanciam Johannis et Theodorici fratrum, filiorum quondam Geuehardi dicti de Grunenberch nobilium, proprietatem quatuor manorum in Glüsinghe cum areis et aliis pertinenciis donauimus et tradidimus cenobio dominarum in antiquo haldesleue perpetuo possidendam. — Datum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX quinto, XIII. kal. Januarii.

Nach einer Mittheilung des Pastor Behrends in Nordgermersleben in L. v. Ledebur's Neuem Archiv II, 165.

CCXXXII. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem St. Johanner-Orden zur Comthurei Mirow das Dorf Gnewetitz, am 13. März 1285.

Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad omnem boni operis consummationem adeo nobis expedit intendere vigilanter, ut dum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare venerit acciones, non forminanda sint nobis gehenne supplicia pro delictis, sed quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos proprietatem ville, que Gnewetitz dicitur, damus liberaliter seu donamus commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitani Beati Johannis Baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et nostrorum progenitorum libere possidendam. Excepimus seu eximimus predictam ab omni exactione seu petitione, angaria, perangaria, construccione urbium, pontium



seu municionum et generaliter ab omni vexatione et molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis uel a nostris heredibus possent in perpetuum grauari uel aliquo modo impediri. Hec predicta bona cum proprietate et omni libertate et omni iusticia et iudicio et aduocacia et omni illo, quod uulgariter Recht uel Unrecht dicitur, cum omnibus terminis suis hucusque habitis, cum aquis, aquarum decuribus, molendinis, pratis, pasuis, terris cultis et incultis, et omnibus pertinentiis sibi adherentibus de consuetudine, gracia uel de Jure, damus seu donamus antedictis commendatori et fratribus in Myrow ac eorum ordini, perpetuo quiete ac pacifice possidenda. Preterea excludimus, quod in crastino B. Martini annis singulis nobis de domo uillici predictae uille Gnewetitz duo talenta cum dimidio denariorum Brandenburgensium census nomine omni procul dubio persoluentur. Et ne hec nostra donatio a nostris successoribus uel a quibuslibet aliis in perpetuum valeat irritari, presentem paginam damus memoratis Commendatori et fratribus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec in Lychen, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>, Idus Martii, presentibus domino Ludolpho de Plote, Domino Henrico Soneke, Domino Friderico et Domino Chotemir Dargaz, Domino J. et Domino . . . de Loweberch, Domino Hermannno et Domino Alberno de Redere, Domino . . . witz, Domino Friderico de Osterwalde et Domino Wichmanno Glude . . . temporis aduocato, Domino Johanne fratre ipsius et quam pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Original des K. Geh. Kab. Archives 402, 4. Die Urkunde ist zum Theil zerstört, doch ist, wie der vorstehende Abdruck zeigt, mehr davon lesbar, als in den früheren Abdrücken in Gercken's Cod. III., 82 und in den Mehl. Jahrbüchern II., 232. aufgenommen ist. Auch sind diese Abdrücke nicht genau richtig. Statt Gnewetitz ist Gnewetiz und statt Soneke ist Semeke gelesen und Albern von Redern ist ausgelassen.

**CCXXXIII.** Albrecht, Markgraf zu Brandenburg, verzeihet dem St. Johanniter-Orden zur Comthurci Mirow das Dorf Wokuhl, am 9. Mai 1285.

Albertus, dei gratia marchio Brandenburgensis, uniuersis crisi fidelibus presentem paginam iuspecturis Salutem in domino sempiternam. Ad omnem boni operis consummacionem adeo nobis expedit intendere uigilanter, ut cum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare uenerit acciones, non formidanda sint nobis gehenne supplicia pro delictis, Set quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est quod notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod proprietatem uille Wukun et molendini adiacentis, quorum possessio fuerat olim dilectorum nobis friderici et Chotemari militum nostrorum et fratruum ipsorum, dictorum dargaz, Damus liberaliter seu donamus Commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitani beati Johannis Baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum libere possidendam. Excipimus seu eximimus predicta ab omni exactione seu petitione, angaria, perangaria, construccionem urbium, poncium seu municionum et generaliter ab omni vexatione et molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis uel a nostris heredibus possent